

Ex vers. 15.]

Loci san-
ctitas.

I. Totum malum istorum in Gilgale est] *Idololat-
riam Deus maximè odit, & gravissimè punit, & locus non
amplius est sanctus, quando non amplius ibi adest Deus.*

II. E domo mea expellam eos] *Quod Deus malos
abijciat tandem, nec inter suos ferat, declaratum est. Ps. 5, 5.
6. 7. Amos 3, 3.*

Princeps
malus.

III. Omnes principes eorum sunt refractarij]
*Quando caput in corpore dolet, reliqua membra minus
rectè valent: & quum rex vel princeps in impietate præ-
lucet, facilè suo exemplo subditos ad eandem adducet. Vide
Feroboamum.*

Ex versu 16.]

Conferantur ea, quæ habentur suprâ v. 11, 12, 13, 14.

Ex vers. 17.]

Deum
spernere.

Spernet eos Deus meus] *Ut Deus ipsum honorantes
honorat, ita si quis ipsum contemnit, contemnit, Sam. 2.
30. Is autem spernit Deum, qui spernit ejus ministrum Luca
10, 16. Et hæc nunc brevius, quia antea sæpè sunt declarata
prolixius.*

CAPUT DECIMUM

Argumentum.

Summa:

Propter peccata Israelitarum, in primis verò idoloma-
niam, atq; eam quidem, qua, quò pluribus beneficijs
à Deo afficiebantur, eò plus idolis tribuunt, & longius
à Deo recedunt, regni excidium denunciat, idolo-
rum destructionem, aliq; mala gravissima, eaq; certò esse
subsecutura concludit, ob Dei justiciam ipsorumq; injusticiam
ad